Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

63

ostendite. Quid agis homo. quid angeris. Quid respondere poteris qui incusaris. Provocaris adeo. qui sue offense ate causas exposcit. qui tui contemptus rationes exquirit. qui te sua beneficia duxisse inurtui recognoscit. Qua de ipso non habes qd queraris. de te etiā indica qd mereris. Confitere ⅊ confitere qd uerū est. et dnm in suo prestito ñ cessasse. et te indigne ac sacrilege contempsisse. Confessio eñi criminis. uenia ē contemptoris. Ecce flectitur ut ignoscat. qui adhoc inpperat ne defendat. Non te dns contempnit si redeas. et si contempseras. cū abibas. Non te despicit reuertentē. qui aliquando horruit desertorē. Tuos non aspnabitur reditus. qui ut redeas suos demonstrat affectus. Reuertimini inquit ad me. et reuertar ad uos. Et iterū. Nolo mortē peccatoris. tantū reuertatur et uiuat. Cupit ignoscere. desiderat misereri. desertores preuenit preces. Dum ipse hortatur ut homo qui deseruerit reuertatur. Desertores desertis inuitat. contempnentes contemptus reuocat. offensus reis se ingerit ut ignoscat. Quare desertor redeat. contemptor seruat fide fidelis exhibeat. ut et desertori indulgentiā. et contemptori uenam. et fideli glām celestis tribuat inpator.

Lectio sci euangeli secm iohannē.

In illo temp. Descendit dns capharnaum. et ipse et mater eius et discipuli eius. et ibi manserunt. non multis diebus. et ppe erat pascha iudeorū. Et reliqua

Homelia uenerabilis bede prbi de eadē lectione.

Solet mouere quosdam qd in exordio lectionis

10
·xx·

beda